



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

14 Facultas conferendi beneficia sub generalitate verborum non
comprehenditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Fallit octavo in ecclesiæ consecrata pol-
luta reconciliatione, quam Episcopus, non
autem Vicarius, potest reconciliare, *capit.
aqua, per Episcopum, & ibi Abb. n. 1. consecr.
Eccles. vel ait.* ex privilegio tamen Aposto-
lico quandoque Episcopi hanc facultatem
reconciliandi aqua per ipsos exorcizata
alijs possunt delegare. Et regulariter ea,
quæ dispositione divina certo ordini sunt
tributa, illum ordinem non habenti com-
mitti non possunt, *gl. pen. in dict. c. aqua, &
ibi Abb. num. 2. & 8.* quæ autem sunt juris-
dictionis, ut judicare, excommunicare, ab-
solvere, beneficia conferre, & his simile,
Episcopi Vicarijs, aut alijs personis Eccle-
siasticis possunt demandare, ut distinguit,
gloss. in eod. cap. aqua, in verbo, jurisdictionis,
& *gloss. fin. in c. transmissa, de elect.* ea au-
tem, quæ sunt jurisdictionis, potest electus
exercere, non autem quæ sunt ordinis E-
piscopalis, cum illa acquirat per consecra-
tionem, quæ ante exercere non potest, *ca-
dem gloss. fin. in cap. transmissa, Joann. de
Sel. in tract. de Benef. in par. 2. qu. coll. 11.*

Fallit nono in Indulgentiarum conces-
sione, quas Episcopi concedere possunt,
non autem Vicarij, vel alij Episcopis infe-
riores, *cap. accidentibus. de excess. pralat. &
Navarr. de Subs. & Indulg. not. 7. n. 2. tom. 3.*
Nisi ex privilegio speciali.

13 In reliquis autem † Vicarius creari de-
bet generalis in spiritualibus, & tempora-
libus, *cap. cum nobis olim, in fin. cap. nihil.
in fin. de elect. cap. cum venerabilis, de re-
lig. dom. cap. fin. §. precipimus, de stat. mon.
& cap. si Episcopus de supplen. negl. pralat.*
14 in 6. † Ulterius continere debet specia-
liter facultatem beneficia conferendi, quæ
sub generalitate verborum non comprehen-
ditur, *cap. fin. de offic. Vic. in 6. & glo. fin. in*

*cap. statutum, de prab. eod. lib. nec facultas
inquirendi, corrigendi, aut puniendi exces-
sus, seu aliquos à suis beneficijs, officijs, seu
administrationibus amovendi, per genera-
lem deputationem Vicarij transfertur, licet
generaliter cognitio causarum transfera-
tur, (nisi hæc specialiter sibi committatur)
c. licet eod. tit. & lib. quamvis facultate
Vicarii omnia capita, quæ ad forum Epif-
copale devoluuntur, non exprimentur,
dummodo in generali Vicaria aliqua ex ijs,
quæ speciale mandatum requirunt, fuerint
expressa cum clausula generali, omniaque
alia, & singula, quæ nos facere possemus,
etiam si talia forent, quæ mandatum exige-
rent magis speciale, quàm præsentibus sit
expressum, aut verba æquipollentia, exten-
ditur ad alia speciale mandatum requiren-
tia, gloss. ult. in cap. licet de offic. Vic. in 6.*

15 Vicario Episcopali generali, † ut amplè
possit habere jurisdictionem conferendi,
& omnia exercendi, quæ in tribunali Epif-
copali debet exercere, est tribuenda plena,
& omnimoda facultas, & potestas eccle-
siam Cathedralè, & diocesim, illiusque
membra, castra, terras, villas, & alia quæcū-
que loca, bona, ac jura eidem spectantia, &
pertinentia in spiritualibus, & temporalibus
regendi, & gubernandi, illisque in divinis,
& alias, prout decet, deserviendi, & deser-
viri, ac in eadem ecclesia civitate, & dioe-
cesi verbum Dei Clero, & populo prædi-
care faciendi, & ubi, quando, ac quoties,
& cū quibus sibi videbitur, † in quibusvis
casibus ordinarijs locorum à jure, & sacro
Concil. Trid. permissis dispensandi, litteras
dimissorias, & commendatitias, & ad or-
dines etiam sacros in absentia ipsius Epi-
scopi, ut à quocunque catholico Antistite
gratiam, & communionem Sanctæ Sedis A-

M postolic